36 Circa inspectionem autem illius examinandi articuli, an iudex cujus conscientia aliquid dicendum committitur, appellationi interpositæ non deferens vim faciat: brevis respondeo negativè, cum scilicet, ab ejus sententia appellatio non sit licita, probant Angel. in l. de pupillo §. qui opus, ff. de operi novi nuntiat. & ibi Paul. Cast. Alex. & Ill. mori per glossam reputatam singularem in c. statutum §. accessorem in verbo, relinquitur, de rescript. l. 6. que id dixit expresse, sequitur Petrus Philip. Corneus in consil. 188. col. 2. in l. C. vol. 2. Felin. in cap. super iis col. 4. de accusat. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. 352. Nicell. tract. de concord. glof. concord. 6. fall. 22. n. 63. tom. 18. fol. 193. Rebuff. tract. de appell. art. 3. glof. unic. n. 2. & 3. Tiraquell. in tract. de lignag. §. 4. gl. 1. n. 11. Greg. Tholof. tract. de capell. l. 3. c. 15. n. 1. & seqq. fol. 34. ultra quos, quod a sententia iudicis, cujus conscientia fuisset onerata, vel ex dispositione juris communis, vel ex forma commissionis, vel rescripti, appellatio subsecuta nec suspendat, nec impediatur executionem ejusdem, facit glof. in clem. 1. in verbo oneratus de jur. patr. quam Paul. & Laurent. & Cardin. sequuntur ibi Rot. decis. 18. aliis 443. fuit dubitatum sub n. 3. & 4. de concess. præben. in novis. Cephal. consil. 89. affatim, n. 14. lib. 1. Philipp. Franc. alios allegans in rub. de appell. n. 7. late per Gemm. Imol. Francum, & alios in d. §. accessorem, & per Host. gl. Card. in clem. 1. de jur. patr. quest. 16. Rom. consil. 27. vijo thematis, alios citans post princ. & consil. 261. super eo. Alex. in l. in provinciali §. qui opus de oper. novi num. Abb. Panorm. in c. super his n. 16. de accus. Felin. in c. significasti el. 1. de homicid. plenius in cap. 1. col. 20. vers. & si dicatur conscientia tua, de consil. Andr. Barba. in c. ne iudicari, ubi late de constitutionibus, & in consil. 36. ad propositum n. 7. & seqq. l. 2. Reguid. decis. 18.

37 Incipit ratio conscientia, & quod sit ista prohibitio appellationis quoad suspensivum effectum duntaxat, ultra supradictos probant Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 10. num. 10. Mil. in repet. verbo appellat. vers. appellari non potest fol. 15. & cum Lancelot. idem dicit Scaccia de appell. q. 17. limit. 5. sub n. 3. ubi allegat etiam Marchesanum tract. de app. §. 2. c. 2. num. 67. vers. dabitur reddentes rationem, quia Deus solus superior est conscientia, unde non potest ad alios inferiores appellari, Franc. ubi supra, & Gregor. Tholof. d. c. 15. n. 3. & sub n. 5.

40 Quæ resolutio fallit, quando non est simpliciter onerata conscientia iudicis, sed appositum est simul Salgado de Protec. Reg.

aliquid verbum respiciens iustitiam; puta; ad iudicium tuæ conscientia, vel aliud simile, quia tunc datur appellatio. Lancelot. de attent. 2. part. c. 12. limit. 10. n. 11. ubi alias refert limitationes, quas transcribit Scaccia ubi proxime a. n. 5. vide etiam infra n. 47.

Ultra quos hanc nostram doctrinam post nonnullos affert Tiraquell. in tract. de prescripti. §. 1. gl. 8. n. 4. ad fin. & n. 5. in prim. ubi per Angelum, Paul. Cast. & Ill. in d. §. de pupillo §. qui opus, declarat dictam regulam in d. §. accessorem, quatenus dixit, quod quando aliquid committitur conscientia alicujus, non potest ab ejus declaratione appellari, si videlicet intelligatur, si is, cujus conscientia committitur, debet suam declarationem juramento confirmare, & post Ill. Rebuff. tract. de app. art. 3. gl. unic. n. 4. tom. 3. fol. 89. quidquid dicat Scaccia ubi proxime n. 9. in fin. se non videre hanc opinionem usu receptam, quæ quidem procedit ubi non sit dicta declaratio in iudicio, sed sit faciendâ a privata persona non aliter.

Pro qua facit, quia quando lex statutum, pactum, aut quævis alia dispositio vult, ut stetur dicto alicujus, intelligitur jurato, non aliâ, facit text. in l. Theopompus, in verb. juratus ff. de dote prælegata, ubi id notat B. Anton. c. veniens el. 1. & ibi Felin. col. penult. de testib. item Anton. in c. finem libris col. penult. de dolo & contuma. ex eo notat Bald. in c. tuis de testib. quod iurare debet ius; cujus testimonio quisquam stare promittit, etsi de juramento nihil dictum fuerit, Bald. in l. iurjurandum, quod ex conventionem, in princ. ff. de iure jur. & melius ibi in lectura antiqua Ill. in l. iurjurat. & ad pecunias §. quisquis iurandum de iure jur. Marant. Socin. in repet. c. quoad si super rebus, &c. quoniam col. 2. ante fin. ut lite non contestata. Hippolyt. de Marf. sing. 214. ad validitatem. Corneus consil. 49. vijo processu col. 5. vers. & ideo ubi simpliciter lib. 1. per d. l. Theopompus, late prosequitur, & probans Rebuff. in tract. de prescripti. §. 1. gl. 8. a princ.

Iste iudex, qui secundum suam conscientiam iudicium 44 care debet, non tenetur aliquem citare, glof. in el. 1. de off. delegat. Bald. & Alexand. in l. de unoquoque ff. de re jud. quos est sequutus Alciat. in l. si quis arbitratus in fin. de verb. oblig. Menoch. de arbit. jud. lib. 1. q. 17. n. 14. Et de materia quoad aliquid conscientia alicujus committitur, & multa annotatione dignissima vide affatim per Mascardum de probat. 1. tom. concl. 414 per totam.

Quæ regula in hoc articulo a nobis apposta, ut appellationi non sit deferendum a iudice, cujus conscientia aliquid committitur sententiæ; declaratur, ut talis conscientia debet esse cum iudicio discretionis, juxta text. singularem in c. de regul. in 6. tract. Barba. in d. consil. 36. n. 7. lib. 2. Lancelot. ubi supra in d. limit. 10. n. 5. qui n. 11. post Frauchum in c. statutum §. accessorem de rescripti. lib. 6. sub n. 15. vers. potest etiam limitari, hanc regulam limitat, ut procedat, quando simpliciter onerata iudicis conscientia, sed si cum hac clausula sit appositum aliquid verbum, vel qualitas respiciens iustitiam; ut puta: si dicatur (ad iudicium tuæ conscientia) vel simile, eam tunc conscientia debeat cum iustitia regulari, & iuste procedi appellationi deferendum esse, ubi ipse in n. seqq. alias tres limitationes proponit, de quo vide Lancelot. & Scacciam ubi supra, & nos sursum n. 40.

Nunc tractandum, quando a jure vel ab homine aliquid iudicis potestati & meræ facultati committitur, an a iudice negante illam appellationi interpositæ non deferens vim faciat. Et non fieri vim faciunt per text. in l. non quidquid iudicis potestati committitur, ad subicitur juris necessitati, ff. de iudic. tenet Imol. post Butr. in c. 1. col. 1. de consil. dicens, quod in commissis facultati iudicis non appelletur, prout exemplum in casu el. 2. cum glof. in verb. valeat, de iudicis, in eod. super eodem verb. de verb. signis, & consiluit de off. del. gl. item dicit

dicit Innocent. in cap. fin. de feriis. Aret. in cap. super his, col. antepenult. vers. & ad ea. quae ponit. de accusat. & est doct. Specul. in tit. de off. jud. §. impeditur, sequitur Abb. in cap. Felin. in c. exceptionem n. 2. de exceptionib. & in d. c. super his col. 7. n. 13. Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appellat. Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. litera A. conclus. 4. 15. n. 12. & 14. Bald. consil. 1. 1. 1. processus factus lib. 5. Felin. in c. super his n. 7. de accusat. Gratian. in discept. foren. tom. 1. c. 146. ubi ex aliis insert n. 16. quod si statutum disponat, ut iudex possit in aliquo casu carceratum sub fideiussoribus relaxare, qui si non fecerit, non poterit ab eo appellari, quia non quidquid iudicis potestati relinquitur, id sub iurisdictione necessitati, d. l. non quidquid, intellige nisi alias ex alio capite iure communi detentatio sit iniusta, ab ea licet appellari, ut late dixi lib. 2. cap. 4. quia tunc de iure necessitatur iudex relaxare.

51 Et quando lex dat iudici facultatem dispensandi, nam à denegata dispensatione non poterit appellari, ita Bald. in l. quicumque col. 6. de servis fugit. quem sequitur Felin. in c. super his n. 13. de accus. idem dicit late Tb. Sanch. de matr. Card. Tusc. pract. concl. 1. tom. litera A. conclus. 4. 15. sub n. 2. post Felin. ibi n. 7. & in hac conclusio vera contradiatione, quam etiam probant Doctores in sequenti articulo de mero officio iudicis allegandi.

52 Hinc est, quod cum sit in mera facultate iudicis delegantis, revocare iurisdictionem delegatam, l. iudicium solvitur veritate eo qui iudicare iusserat, ff. de iudicibus, cap. ut nostrum de appellat. c. pastoralis de off. delegati, & de materia multa elegantia concessit Lancelot. de attent. 2. p. c. 10. per totum, ad quae recurrendum est omnino.

53 Ab huiusmodi tamen avocatione facta per superiorem appellationis emissa delationem, vim nullam faciat, ex doctrina supradicta, & in specie tenet Bald. in consil. 3. vol. 5. sequitur Marant. de ord. iudicior. 6. p. tit. de appell. num. 35. quod per Bald. in consil. 1. 1. 1. incipit processus in 5. volum. dixit Rebuff. in comment. tit. de avocatione, tractatu de avocatione, part. 1. fol. 208. quod si avocatione fiat cum causa, vel ex levi, vel sine ea à tali avocatione appellari non possit, quia est arbitrii, & voluntatis principis.

54 Quare & ex eadem ratione alia deducitur regula, quod appellatio à iudice denegante facere id, quod facere potest ex suo mero officio, non est interjecta deferendum, cum tunc partem non sit deferendum, ut à denegatione appellationis non sit deferendum ut per d. l. non quidquid & l. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto, ubi in non condemnatione experiarum non petitarum dixit Abb. in c. significaverunt, num. 10. de exceptione, per Innocent. in c. ad nostram 2. iure iur. & per alios, quos ibi allegat. Item quando non repellit procuratorem inhabilem non petitur, licet possit, ita per Joann. Andr. Petrum Speculatorem & alios dicit Abb. in c. executionem num. 8. de exceptione, optimè de hac declaratione Felin. ibi, n. 4. vers. secundus casus, quando pars non petit ut iudex, & c. Felin. in c. significaverunt limit. 4. n. 4. de except. Scaccia de app. quest. 17. lim. 2. 1. à n. 34. cum seqq. quidquid ipse circa expensas sentiat sub n. 35.

55 Secus autem si fuerit petitur, quia tunc ab iniusta denegatione admittitur appellatio, ita tenet Speculator de off. omnium iudic. §. impeditur, ff. quid si iudex n. 1. in fin. & num. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. c. significaverunt n. 10. in ultimis verbis. Rebuff. in tractatu de expens. dam. & intereff. art. 3. glof. unica n. 1. tom. 3. late Scaccia, ubi proximè n. 34. & 35. Caesar. Contar. in Lunica lim. 1. 1. m. 59. vers. sampla modo, c. si de molen. poss. & cum Felin. in c. super his n. 113. de accusat. plures citat March. de commiss. c. 8. à n. 43. p. 1. idem tenet Cardinal. Tolo. pract. concl. tom. 1. lit. A. conclus. 4. 15. n. 11. & 12. ubi dicit, quod ubi aliquid committitur potestati iudicis, non appellatur, si non facit, & sic ab actu negativo, secus ab affirmativo, ubi laedit, & idem si quando impioratur officium

non tenetur, allegat d. l. non quidquid, late Felin. in c. exceptionem n. 2. de except.

Quam quidem conclusionem intellige, veram esse, ut procedat, quando aliquid officio iudicis committitur mercenario, hoc est; de illo officio, quod iudex motu proprio exercere potest, sicut repellere inhabiles, archare exceptiones, & similia, condemnare in expensis post litem contestatam, ut à iudice hoc negante non sit licita appellatio, quia in ejus mera facultate est, & ita loquuntur Doctores superius citati, secus autem est dicendum, in officio iudicis nobili, quo defertur alicui, & in ejus locum subrogatur, pro ut est praestatio alimentorum egenis, restitutio in integrum, cautio legatorum praestandorum, & similia, & quomodo cognoscatur officium iudicis nobile, & mercenarium ultra loca ordinaria. Bart. & alii, in l. 1. ff. de iurisdic. omn. iud. Albert. in l. 1. col. 3. ff. de inter. action. Bald. in sua practica, quam posuit in rubrica de off. iudic. Petr. de Ferraris in sua practica, in verbo, libelli, in actione reali, in verbo quatenus ex officio, ponit Felin. in c. 2. col. 4. de off. iudic. & in c. 1. col. 2. eod. tit. & idem cum officium iudicis loco actionis succedat, regulatur ut actio secundum Hoffien. in sum. de off. iudic. §. utrum, vers. puta cum petitur, & cum in his officium iudicis nobile imploratur per partem loco actionis, à denegatione eorum appellationi deferendum est uti legitima, ita optimè B. in l. 1. col. ante penult. ff. de iurisdic. omn. iudic. dicens, quod illud quod pars petit, non semper sibi debetur, sed iudex ex officio potest facere; ut sibi detur, licet quandoque esset iniuria, si officium nobile denegaret, l. 1. §. penult. ff. de aqua quotid. & astra, & idem introducit appellatio à sententia lata super officio iudicis, si denegatur per l. 1. C. si sepius in integ. resit. fuer. postul. ubi appellare enim debuisset, si sententia vobis displicebat, & ita optimè debuisse, si sententia in c. exceptionem n. 3. per totum, de exceptione, idem etiam dicit Gratia. in discept. forens. 1. tom. c. 146. per totum, quia tunc dicitur gravare partem, ut post B. in l. 1. n. 1. ff. de iurisdic. omn. iudic. Felin. in c. per tuas de testib. n. 6. dicit Card. Tusc. pract. concl. tom. 1. litera A. conclus. 4. 15. num. 10.

Quam declarationem iterum declara, ut non procedat quando pars non petit, ut iudex uteretur officio suo in ejus favorem, nam tunc indistinctè est dicendum, ut à denegatione appellationis non sit deferendum ut per d. l. non quidquid & l. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto, ubi in non condemnatione experiarum non petitarum dixit Abb. in c. significaverunt, num. 10. de exceptione, per Innocent. in c. ad nostram 2. iure iur. & per alios, quos ibi allegat. Item quando non repellit procuratorem inhabilem non petitur, licet possit, ita per Joann. Andr. Petrum Speculatorem & alios dicit Abb. in c. executionem num. 8. de exceptione, optimè de hac declaratione Felin. ibi, n. 4. vers. secundus casus, quando pars non petit ut iudex, & c. Felin. in c. significaverunt limit. 4. n. 4. de except. Scaccia de app. quest. 17. lim. 2. 1. à n. 34. cum seqq. quidquid ipse circa expensas sentiat sub n. 35.

Secus autem si fuerit petitur, quia tunc ab iniusta denegatione admittitur appellatio, ita tenet Speculator de off. omnium iudic. §. impeditur, ff. quid si iudex n. 1. in fin. & num. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. c. significaverunt n. 10. in ultimis verbis. Rebuff. in tractatu de expens. dam. & intereff. art. 3. glof. unica n. 1. tom. 3. late Scaccia, ubi proximè n. 34. & 35. Caesar. Contar. in Lunica lim. 1. 1. m. 59. vers. sampla modo, c. si de molen. poss. & cum Felin. in c. super his n. 113. de accusat. plures citat March. de commiss. c. 8. à n. 43. p. 1. idem tenet Cardinal. Tolo. pract. concl. tom. 1. lit. A. conclus. 4. 15. n. 11. & 12. ubi dicit, quod ubi aliquid committitur potestati iudicis, non appellatur, si non facit, & sic ab actu negativo, secus ab affirmativo, ubi laedit, & idem si quando impioratur officium

officium iudicis, & ille non impartitur, quia data lesione, & gravamine, appellari permittitur ab hoc casu negativo.

63 Nam ex quo ejus iudicis facultati, potestati, & voluntati aliquid relinquitur, cum non necessitetur id facere, d. l. quidquid, ff. de iudicibus, nec cogi potest per superiorem, ideo appellari non poterit, ut late prolequitur Gratia. post alios in discept. foren. 1. tom. cap. 14. n. 13. quemadmodum & è converso à iudice faciente, quod facere praesens tenebatur, & ad id cogi, & adstringi potest, appellari non licet, ut per Innocent. & Abb. in cap. cum in iure, tenet Auzerius in decis. Tholosa. q. 42. sequitur Rebuff. in comment. 2. tit. de lueris requisitoribus glof. 3. n. 10. qui dicunt, quod à iudice requisito, adimplente, & obtemperante literas requisitorias, & permittente executionem, appellari non poterit per executionem, quia iudex requisitus non est nisi merus executor, & talis qui tenetur obtemperare requisitioni iustae factae, ergo pars non poterit appellare cum gravetur.

Sicut aliàs est licita appellatio à iudice, negante facere id quod facere tenetur, & ad quod faciendum cogi poterit per superiorem, prout post alios dicit ipse Rebuff. ubi proximè num. 4. & seqq. quod scilicet interponitur ab ipso iudice requisito nolente adimplere iustas literas requisitorias, ut tam per viam recursum ad superiorem, quam appellationis requisitus est cogendus, ubi comprobatur praedicta remedia in hoc casu, vide quae nos supra 1. p. cap. 6. vers. & amplius nostra resolutio à num. 33. ubi aliquos citavimus. Azeved. Bobadill. Cened. & alios.

67 Hinc est, quod si Episcopus recusat, dissentit, vel est negligens sine causa legitima, facere institutionem praesentato per patronos, vel confirmationem electi, & similia ultra recursum, quem ad superiorem pars habet (de quo latius per nos supra hac 3. p. c. 10. de patron. Reg. vers. alia est via iure canonico, à n. 206. cum seqq.) potest appellatio remedio potiri interpositae huiusmodi gravamine, ut docet Abb. in cap. pastoralis, n. 6. de iur. patron. Rot. decis. 4. de iur. patron. Rochus de Curt. de iur. patron. verbo honorificum num. 55. Paul. de Cita. dicit eodem tract. 6. part. 2. num. 1. Joan. Gutier. de iuram. confirmat. 3. part. cap. 13. n. 8. Zerol. in prax. Episc. 1. p. verbo ius patronatus §. 8. dub. 3. Nicol. Garcia de benef. 10. part. cap. 4. num. fin. tom. 2. & diximus in d. n. 206. & seqq. & facti quod de Episcopo iniurijs & sine rationabili causa denegante praestare consensum & autoritatem alienationis patrimonii, ad cuius titulum alienans fuit ordinatus, ut possit ad superiorem appellare, dicit cum Burlato consil. 178. num. 35. Quintanadveñas Ecclesiastic. iur. lib. 3. n. 72. & alii citati à Nicol. Garcia de benef. 2. p. c. 5. n. 185.

Sic ab ordinario denegante licentiam iusta causa rectori, aut aliàs beneficiato illam petenti, licita est appellatio ut per Abb. in c. relatum n. 6. de clericis non recip. Selv. de benef. 4. p. q. 7. n. 29. & n. 171. Zerol. in prax. Episcopal. verbo studium §. 1. & verb. residua §. 3. diximus latius superius lib. 1. cap. 15. vers. & tandem unum quod ad nos attingit, n. 27. & seqq.

Quibus convenit, quod à negligentia, vel tarditate iudicis in non faciendò, vel procedendò in causa, & à denegante iustitiam ministrare, & causam diffinire, appellationi interpositae deferendum esse, dicit glof. reputata notab. in cap. 2. in fin. de appel. l. 6. & cap. ad aures de simonia. Joan. Andr. in cap. dilecto, de appellat. per argumentum cap. 1. de supplend. negl. prala. Panormit. in cap. ex parte l. 2. num. 3. de appellat. & per glof. in c. 1. de confess. in 6. & per B. in l. 1. num. 7. ff. de iurisdic. omn. iudic. idem dixit Menoch. de arbit. iudicium l. 1. q. 70. num. 15. idem etiam probat & optimè Philip. Franc. d. cap. ex parte col. 2. ad fin. vers. quid autem si iudex non procedit, Alexand. in l. hoc amplius §. Celus nu. 33. ff. de damno infecto. Felin. in cap. proposuisti, prope finem, de for. Salgado de Protec. Reg.

compos. & in cap. suborta, ante n. 5. vers. & 1. add. de re iudic. Decius in d. cap. ex parte, el. a. num. 3. Praepositus in cap. ex ratione n. 23. de appell. Felin. in cap. pastoralis sub n. 14. col. penult. vers. considera 3. de off. ordinarii. Pedemont. decis. 12. num. 6. Rota per Seraphinum decis. 455. n. 4. 1. tom. qui omnes ita profitentur, dummodo procedat trina monitio, seu interpellatio iudicis negligentis, dempto Bar. & Meno. qui de eo non loquuntur, & Philippo Franc. qui unicum sufficere dixit, ubi disputans resolvit non posse primum iudicem volendo revocare gravamen, causam reassumere, & ibi etiam post alios per eum allegatos, quod superior potest adiri per viam querelae, de quo est text. elegans in l. cum antiquioribus, §. illud etiam, C. de tempor. appellat. in illis verbis ibi, cum sit ei apertissima facultas & non stram adire Majestatem, & tarditatem iudicis in querelam deducere, & nostro beneficio potiri, & c.) ex quibus inferre poteris ad Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. dum de conservandis, & non amovendis causis in prima instantia ordinariis inquit ad medium, ibi, nisi Episcopus prius requisito, eoque negligente, procedat, & c. de quo supra lib. 2. c. 17. penult.

Hinc incedit excludendus damnandusque error, qui oculos excaecat tyronum, ut appellatio ab actibus negativis interjecta, iudex vim non faciat non defrens, moti quod isti actus secum trahunt executionem, maxime cum nihil sit, quod reponatur, cum nihil attentatum sit, & sic nec violentia. Sed falluntur evidenter, primò, quia non est validum argumentum, non est attentatum, ergo non est violentia; quia vis non solum consistit in attentato, sed etiam in non defrens, & legitime appellationi ob rationem itam assignandam cap. appellationem, melior text. in c. d. ad Romanam, 2. quest. 6. optimus & melior l. 4. tit. de las fuerças, 10. p. 7. ubi in summario & glof. Montal. & Gregor. Lop. ut in d. libi, que deve hazer otra pena como si bize esse fuerça con armas, & c. maxime cum loquatur illa lex de non delata appellatione; situatur sub tit. de las fuerças, quod & latius examinavimus sup. 1. p. cap. 6. ubi aperte probavi, sufficere appellationi legitime denegatam delationem, ut regius recursum interponi queat, quia illa est pars, & principium violentiae, ex qua animus detegitur illam inferendi.

Nam ex quo appellatio ab aliquo actu, seu sententia negativa est licita quoad utrumque, prout contingit in casibus haecenus relatis, vel in aliis pluribus five interlocutoriis, qualificatis tamen, utpote habentibus damnum irreparabile, vel vim diffinitivam; vel causae principali praedjudicialibus, vel quia à sententia diffinitiva appellari nequit, quoad utrumque effectum ut accidit in appellatione à negata tortura reo de delicto indiciato, ut ex Bal. Salicet. & Antonio Gomez late probavi supra lib. 2. cap. 1. item in denegata copia actorum; item in non admisione testimonii, vel probationis; item in non admisione articularum, & de aliis pluribus ibi, in cap. 1. p. 2. à principio, & per totum, item à denegata copia indiciorum retorquendo infra hac p. 3. cap. 14. & quod à denegata executione virtute obligationis Cameralis aut garentigiae. Item à sententia negante missionem possessionis petita, negante alimenta, aut pensionem aliive variis casibus, quibus ab affirmativa sententia denegatur, appellatio; tamen à negativa, & sic contra actorem lata licita sit, videre poteris supra hac 3. cap. 4. à prim. ubi exactissime, & accuratè examinavimus, & aliis infinitis casibus per totum discursum hujus tractatus passim reperendis, quos esse nimis grave, & fastidiosum recensere, in quibus omnibus probavi; appellationi nisi iudex deferat vim fieri declarandum, cum sit licita; ex qua ratione licitam esse appellationem, & causare attentatum interpositum à praesentato per patronum laicum ad beneficium parochiale reprobatò, & ab habente officium

gratiam in forma dignum, & pariter reprobo & similibus, diximus 2. p. c. 13. à n. 206. & seqq. quae vide, quia utilissima sunt ad praedicta.

78 Cui si iudex deferre non teneretur, adhuc remaneret iudex in causa, & quantum in se est, cum integra jurisdictione, qua mediante, posset ad ulteriora licite procedere. Bal. in addit. ad specul. tit. de arbit. col. 7. vers. sed an pendente, arg. cap. cum appell. de appell. lib. 6. Bal. sequuntur Barb. cons. 18. volum. 2. lib. 4. ff. in l. pecuniam n. 8. ff. si certum petatur. Boer. quast. 284. num. 24. & 25. Menoch. de arbit. iudicium lib. 1. quast. 70. n. 20. & alibi

79 passim per Doctores, & ubi non licet appellari, iudex potest exequi sententiam, & ad ulteriora procedere etiam appellatione pendente, late comprobatur Roland. à Valle consil. 77. num. 20. vol. 2. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 25. n. 1. & facit text. in cap. non solum, ibi

80 praequam in casibus à jure prohibitis: ubi notant communiter Doctores, & est validum argumentum, appellatio non suspendit, ergo iudex procedens non facit attentata, quemadmodum & est validum, à principio appellatio suspendit, & est deferendum, ergo processus attentatus, Franc. in c. bone num. 36. de appell. Manfr. praef. conclus. super attent. cons. 131. Lancelot. ubi proxime n. 8. optime vide per Covar. in praef. quast. cap. 23. num. 7. ubi plures allegat Scaccia tract. de appell. q. 17. lim. d. 6. memb. 2. sub num. 15. fol. 334. & limit. 22. num. 23. vers. subextende 1. & per arg. l. per hanc C. de tempor. appell. Vitall. in tract. de clausul. nihil nova appell. pens. in prim. in 1. limit. Sord. decis. 225. n. 15. plures citat Lancelot. limit. 25. & limit. 27. per totam. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 846. Mier. de major. 3. p. quast. 24. num. 62. ad fin. Caetar. Contar. in repet. l. unicus, quast. 12. n. 6. fol. 549. C. si de molen. poss.

81 Quemadmodum & è converso si appellatio deferret (prout teneretur, & etiam si non teneatur) cum per delationem abdicet à se omnimodam jurisdictionem, & ad ulteriora procedere non possit, quia sunt ei ligatae manus, d. c. cum appell. friv. de appell. lib. 6. B. Angel. & Imol. in l. constitutiones, ff. de appell. Franc. in cap. Romana, §. si autem n. 5. de appell. in 6. plures per Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. n. 70. & 80. Sigisim. Scaccia de iud. caus. civil. & crim. lib. 1. cap. 87. num. 124. & latius non suis locis diximus.

82 Quare licet sententia negativa secum trahat executionem, hoc non provenit à jure, nec à iudice, quia jus ei non attribuit hoc privilegium, cum in iis deferre mandat appellatio, sed provenit ab ipsa natura, quia non eitis nullae sunt qualitates, nec in ipsa executione jus operatur, imò si potuisset, illam naturaliter impediret, prout facit civiliter, scilicet illi resistens omnino per appellationem permissam, prout clarè apparet ex eo, quia appellatio sui natura legitima, & permissa suspendit effectum sententiae, etiam secum trahentis executionem, quod notabile dixit Scaccia de appellat. q. 3. num. 18. & n. 74. Philip. Franc. in cap. ad hac quoniam, sub num. 1. & sub n. 5. de appell. Hieronym. de Monte Brixienf. defini. Rigundie cap. n. 1. post alios, causatque attentatum ex eisdem Doctorib. Hieron. Gonzal. glos. 9. in annot. n. 183. & nos 2. p. c. 13. n. 261. & à n. 249. & post alios Doctores, & Rotae decisiones in optimis casibus falcata est haec doctrina 2. p. cap. 13. à n. 274. & seqq. quos omnino vide, & quae nos 2. p. c. 13. n. 247. & supra.

83 Sed quia cum denegando iudex delationem, vel sua sponte, vel virtute decreti Regii (ut putant aliqui) retineat jurisdictionem (ut dictum est) reperitur in proxima causa innovandi, & attentandi per processum ad ultiores adus appellatio contrarios, vel etiam excommunicandos, aut carcerandos appellantes ipsam, ac propterea ob hoc periculum imminens, & instans iustè recurrit ad supremum tribunal Regium, ut iudex compellatur, deferre iustè appellatio deferendas,

& ut reponat omnia si postmodum attentaverit, & ut abdicet à se jurisdictionem, ne impellerum attentet, & ut securus possit appellans, coram superiore litigare, appellationem prosequendo, & sic huius periculi vitandi causa recurritus Regius est concedendus.

84 Exemplo res fiet manifesta, offero iudici in causa, vertente testes in eam intentionem approbantes, prout adversarius suam, vel per alios, vel per scripturas probatam habet; iudex meos testes in contrarium vel redarguentes scripturas, vel directò aliter probantes contrarium, negat admittere, ab hac negatione appellatio emittitur, nolit deferre, dicunt jura esse in hoc casu negativo licitam appellationem quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum simul, si in tribunali declaratur vim non fieri, remittendamque causam eidem iudici, potuisset ex potentia jurisdictionis, quam adhuc retinet; ad sententiam diffinitivam procedere, & per probationem partis adversae, me inauditum, & non probantem reportare contrariam sententiam, quod jura abhorrent.

85 Vel pone etiam, quòd postquam negavit dictam admissionem testium, vel probationis statum ad ulteriora processum in causa, cum supercedere teneretur in ea virtute legitime appellationis, suspensionem operantis, quoniam modo possent haec attentata reponi, & huic oppresso succurri; si salubris recursus ad senatum denegatur, vel si in eo vim non fieri in non delatione, declaratur, diceretur potius attentatis, & violentis favorem, & auxilium praestare, contra iustam Catholicam Majestatis intentionem.

86 Ecce & adhuc in diffinitivis sententiis, peto fundum meum detentum à Petro, vel pro centum, declaravit iudex, mihi non debere restitui, licita mihi est hoc casu regulariter appellatio (nisi aliqua specialis causa in contrarium obstitit) si iudex non desert, vel sua sponte, vel vi decreti Regii, non fieri vim, & causam ei remittendam virtute decreti ita declarantis, potest iudex executorias expedire, in magnum juris, partis, iustitiae, & reipublicae decur.

87 Et maxime attende, quòd in iis interlocutoriis negatavis, in quibus appellationem legitimam esse in totius operis discursu probavi, cum eorum gravamen secum afferat & executionem, fortius est, & magis iustificatum gravamen, magisque qualificatum, & probabile, quia est executatum gravamen, & cum effectu, ac propterea major in eis ratio appellandi consideranda est, & admittenda, potius quam in aliis affirmativis, non executatis; in diffinitivis autem sententiis dubium non est (ut diximus) regulariter, & ita concludere, quòd à talibus gravaminibus appellatio interjecta, dubium nullum esse posse: rectè cadere decreta violentiae, sicut & in ceteris, & aliter dicere, foret absurdum, & negligere jus penitus, prout quotidie observatur, indubitanter, & absque contradictione ferè, quia solum contenditur, & inquiritur, an appellatio (de cuius declaratione tractatur) sit licita, necne, ut si licita reperitur, primum genus decretorum, hoc est, vim fieri, deferendum, & reponendum, expediatur, & ita tenendum est, & de hoc articulo aliqua etiam egimus supra 1. p. c. 6. fundamento 4. & inferius vers. nono amplius nostra resolutio, à num. 33. ubi aliqua consideravimus, pluresque in terminis Doctores adduximus, quos hic omittimus, ac ideo ad ibi dicta poteris recurrere.

CAPUT XIV.

A sententia lata in criminalibus causis an, & quibus casibus, iudex non deferendo, violentiam facere dicatur, ubi etiam late quod in notoriis, & quando.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio emissa in criminalibus, sicut & in civilibus regulariter ut licite deferendum esse, quotidie decernunt Senatus Regii.
- 2 Nec interim exequenda est sententia.
- 3 Sententis executio fieri non potest durante termino ad appellandum.
- 4 Executionem faciens iudex in criminalibus capitaliter puniatur.
- 5 Iudici exequenti violentiam in criminalibus potest licite per vicinos, & consanguineos co idemmati resisti.
- 6 Etiam in delictis enormibus, & atrocissimis, in quibus specialiter non est prohibita appellatio.
- 7 Et etiam crimine laesa majestatis, magis communiter resolvitur, cum declarationibus, remissive.
- 8 Appellationi in criminalibus nec tacite, nec expresse renuntiari potest.
- 9 Renuntiatio appellans in criminalibus valet, ubi delictum est notorium.
- 10 Confessus & convictus simul in delictis non auditur appellari, sed iudici exequi permittitur.
- 11 Et in quibus delictis, ibid.
- 12 Confessus & convictus in criminalibus & pecuniariis causis non auditur appellari.
- 13 Confessus ut tollat in criminalibus appellationem, requirit spontaneum, non per torturam aut illius formidinem.
- 14 Lex tollens appellationem confesso intelligitur de sponte consistente.
- 15 Confessio spontanea dicitur, quae post torturam illatam legitime praecedentibus indicis ratificatur, quae appellationem impedit.
- 16 Confessio ejus, ad quod quis est in civilibus condemnatus, emanata post sententiam impedit appellationem.
- 17 Confessio post sententiam in criminali causa non impedit appellationem.
- 18 Appellatio de jure civili & canonico ut sit prohibita, confessus & convictus simul adesse, qui teneant, ubi de compuni.
- 19 Appellatio ut denegatur reo tam de jure canonico, quam civili, ut sufficiat spontanea confessio qui teneant, & magis communem dicam.
- 20 & 22. Confessus reus tantum si in appellatione inserat aliquam causam offensivam ejus confessionem appellare potest.
- 21 Confessus sponte & condemnatus si nullam inserat in appellatione causam offensivam confessionem non appellat, sed sententia exequitur ea non obstante.
- 22 Quod procedit tam jure canonico, quam civili.
- 23 Et tam in civilibus causis, quam in criminalibus.
- 24 Appellationi emissa per condemnatum de crimine simoniae deferendum non est.
- 25 Appellatio denegatur à sententia collationis beneficii vacantis propter simoniam lata à mixto excoctore.
- 26 Simoniacus notorius vel confessus non appellat, vel quando simoniacus respellit ordinis, etiam occultus, quia tunc non appellat.
- 27 Simoniacus occultus appellat, si simonia cadat super beneficio.
- 28 Latrones insignes, incitatores seditionum, vel duces factionum non audiuntur appellantes.
- 29 Etiam si confessi tantum sint, vel convicti.

- 30 Falsa moneta crimine damnatus etiam convictus tantum vel confessus non auditur appellans.
- 31 Accelerari poenam & delinquentem statim puniri, ubi publicè interest, appellatio non suspendit.
- 32 Delicti iunito ubi non recipit dilacionem, permittitur, & postea scribere.
- 33 Blasphemia sententia non suspenditur per appellationem.
- 34 Heresis à crimine quando nunc admittatur appellatio, remissive.
- 35 Borehici crimen non recipit appellationem.
- 36 Assassinii crimen non recipit appellationem.
- 37 & 40. Raptus crimine condemnatus non appellat, declarata ut.
- 38 Etiam si sit confessus tantum, vel convictus tantum.
- 39 Raptus criminis causa damnatus scilicet socius, auxiliator, receptor, aut consulator appellare potest.
- 41 Spoliator causam dans homicidio non appellat.
- 42 Appellatio à carceratione vel ejus relaxatione, & de ejus effectu remissive.
- 43 A suspensione vel privatione officii & lata in syndacatu an sit licita appellatio, remissive.
- 44 A tortura, vel torturae comminatione appellare quando liceat, remissive.
- 45 A iudice denegante defensionem reo, prout aliis, appellatio licita est.
- 46 Indictorum copia, aut defensio quando reo non sit deneganda sive procedatur officio iudicis, sive ad petitionem partis.
- 47 Ordo juris non servatur in notoriis, sed tunc ordo est ordinem non servari.
- 48 Notorium licet relevet ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi & allegandi.
- 49 Notorii probatio quando & quibus casibus requiritur, & de qualitatibus & requisitis hujus probationis, aut quid concludere & continere debeat, remissive.
- 50 Notorium non requirit diffinitivam sententiam, sed ipsam est sententia deserviens executionem.
- 51 Notorium esse reo negante, procedendum est ad declarationem interlocutoriam formato iudicio, aliter non fiet executio.
- 52 Notorium an requirat libellum, & litis contestationem, & quid citationem, remissive.
- 53 Notorii quotuplex sit, juris, aut facti permanentis, vel transiens, seu momentanei, & quid manifestum & de singulorum attributis, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de aliis pluribus, remissive.
- 54 Appellatio à sententia lata super causa notoria regulariter non deferendum.
- 55 In notoriis iudicis pronuntiatio non est proprie sententia, sed quaedam juris executio.
- 56 Notorii sententia, ut impediatur appellationem, debet ferri, cum expresso supposito notorii, & ejus facta mentione, non alias.
- 57 Sententia contra insignem latronem ut excludat appellationem, debet ferri cum expresso supposito insignis latronis.
- 58 Sententia interlocutoria declarans notorium praecedente negatione rei admittit appellationem.
- 59 Ab exceptionum excusabilitate contra notorium denegatione interlocutoria appellatio admittitur, etiam si à diffinitiva non admittatur.
- 60 Notorium admittit appellationem, quando in ea exprimitur causa rationalis offensiva notorium.
- 61 Appellatio ubi regulariter sit prohibita, tamen ex aliqua ratione speciali in eodem casu sit permissa, debet specialiter exprimi in appellatione, ut ipsa admitti queat.
- 62 In notoriis quando sit licita appellatio, & seqq. remissive.
- 63 Ab excessu poena in notoriis, datur appellatio.
- 64 Manifestum delictum non tollit appellationem.
- 64 Iudex à quo inhibitus, non potest sententiam notorii exequi.